iuria prunā z cerasā ul' aultera addes. Acrestā
deinde & ouā octo si plures cōuiuas habebis
ul' pauciora. si paucos cū modico iure tudecula
agitato: hīc petroselinō amaracū mēthā gladio
minutātū quoad fieri potest scisaz admisceto.
ad ignē q; ponito lōge tñ a flāma. lēte enī ebul
liāt necesse ē. Cocleari iteri tā diu misceri debz
donēc coclear em ob crassitudinē integat Fun
dito postremo hoc iusculuz in crustā ad ignē q;
ac si artocreas esset ponito Coctā conuiuis ap
ponito multum alet tarde concoquitur pauca
recrementa relinquet bilem reprimet. pectus
exasperabit.

FRICTVM EX QVAVIS CARNE.

Rictum ex altibus & quavis carne hoc modo facies Carnem uel aues bene enteratas & lotas aut minutatim aut quadrifariam concisas in olla cum larido ad ignem pones crebroque coeliari ne lateri serie adherent conuolues: ubi prope cocturam fuerint. maiorem partem laridi eximes uitellaque duo cum acresta agitata cum iure & aromatibus mixta in ollam fundes Ebuliant tamen necesse est ut recte coquantur. Huic patine crocum addunt quidam ut coloracior fiat non erit & a uoluptate alienum petroselinon minutatim concisus patine inspergere conuiuisque statim apponere. Alet multum & si tarde concoquitur bilem reprimet cor epar & renes. iuuabit.

PASTILLVS IN OLLA.

Astillus in olla sic facito. Carnem uitulinam cum adipe minutatim concisam in ollam ponito pipiones & pullos si uoles adicito ollam ipsam ad carbones longe a flamma ne concitate eferueat ponito Vbi ebullire ceperit despumato. passulus deinde imponito cepam postremo minutatim concisam cum larido frigito Frictam in ollam indito ubi omnia prope cocta existimaueris acrestam & aromata suffundito. Sunt qui & duo uitella ouorum bene agitata cum acresta infundant Multum alet tarde concoquitur. nauseam faciet stomacho nocebit epar & renes calefaciet sperma augebit caput & oculos ledet.

MIRAVSE CATELLONICVM

Atellam quidem gens lauta & que ingenio ac corpore Italice solertiae haud multum dissimilis habetur obsonium quod mirasse illi uocant sic condiunt Capos aut pullastros aut pipiones bene exenteratos & lotos in ueru collocant uoluuntque ad focum tantisper quoad semicocti fuerit: in exemptos ac tesselati diuisos in ollam induunt. Amigdalas deinde tostas sub cinere calido abstersasque lineo pano terunt His buccellas aliquod panis sub tostu addunt mixtaque cum aceto & iure per cribrum acetum transmittunt posita in ollam haec omnia insperasque cinnamo gingyberi ac saccharo multo tam diu efferuere uim in carbonibus procul a flamma lento igne permittunt quo ad iustam cocturam peruenerint miscendo semper cum codeario ne serie adhaereant hoc nihil suauius cum Valischara meo edisse me memini. Multum est alimenti tarde concoquitur epar & renes concalefacit corpus obefat uentrem ciat.

**VT PAVO COCTVS VIVVS
VIDERI POSSIT.**

Ecatur pavo aut penna superne in cerebrum demissa aut iugulatur ut eduli solent: quo sanguis exeat a gutture deinde usque ad caudam pellis leuiter scinditur scissaque cum propriis penis a toto corpore ad caput trahitur quo abscisso ac cum pelle reseruato cruribusque. Pauonem ipsum cum aromatibus ac odoriferis herbis refertum uerum assabis infixis tamen prius per

pectus cariophilis inuolutorq; collo lineo albo
continuo aqua humectato ne omnino desiccet
Coctū pauonem ex ueru exemptum ppria pel
le integes. Et ut pedibus stare uideantur. uirgu
las ferreas infixas tabule z ad hoc fabrefactas
per crura ne cernantur per corpus ad caput z
caudam adiges. Sunt qui ad lulum & risu; cā
phoram cum lana ori indant ignemq; ubi ad mē
sam fertur iniciant. Hoc Gellio non placet qui
ignem reformidat Inaurare etiam pauonem il
lum & aromatibus conspersū bracteis aureis
licet ad uoluptatem & magnificentiam Idem
etiam fieri de phasianis gruibus & anseribus ca
pis ac ceteris auibus potest. Verum hic cibus
tarde concoquitur. parum alit atram bilem au
get epaticis ac splomaticis nocet.

IN PORCELLO ASSO.

Orcellus; adhuc lactetē iugūato uilleſq;
omnino a cute abradito. Per ipinam de
inde scindito: eximitoq; quicquid in uētre ha
bet: iocuscula eius cum larido alio: cumq; od
riferis herbis minutim concidito tritum caseū
oua agitata: tunc sum piper: crocum in puluere;
reductum cum superioribus bene misceto. In
porcellumq; omnino ita inuersum: ut quod in
tus erat foris sit in dito ac claudito ne excidat
coqui in ueru aut super craticulaz lento igne
non incommode potest ut omnia pariter elui
bona sint. Dum coquitur aceto pipere croco si
mul mixtis euz; salute aut rosmarini aut lauri

q̄ millu ordeiq; nouere. Gaudet & millio cam
pania. Purgatur mortarioz pistillo ut alia mul
ta. Purgamenta appludam rustici uocant. Ex
millio fit puls z panis predulcis quo Cisalpini
ac maxime insubres utuntur. Millii e musto
subacti precipuus usus ad fermenta est i annū
siquidem durat. Millii usus panniceo deteri
or habetur. Siccum enim & frigiduz est & tarde
concoquitur, et male alit.

DE FABBA.

Abe inter legumina que a legendo sunt
dicta maximus honos habetur. Quippe
ex qua z panis & lementū fit. A faba in sacris
cus. a pulmentareo fabaceo Pythagoras absti
nuit. uel q̄ his mortuorum anime ut ipse asse
rebat pro domiciliis uterentur. uel q̄ is cibo
in latione sua tranquillitatem mentis queren
tibus mirum in modum contrarius sit: ac libi
dinem incitet quam
hoc est i testuculis fabis similibus esse dicebāt
Sola faba inter fruges exesa etiā crescente lu
na repletur. aqua marina aliaue salsa non p̄co
quitur. Prima leguminum ante hyemem seri
tur. quamq; Maro uere serendā dicat. aquas
in flore maxime concupiscit: ubi defloruit exi
guis deuderat. Faba in egypto spinoso caule
nascitur. cōtra crocodili ed. c. tatem. Fabe uis
frigida ē. uiridis ad humiditatez tendit qua sto
maccho nocet. sicca tñ pe. or ē in somnia quouis
modo in cibum sumpta uel mala facit. aromati

bus conspersa minus ledere putatur

DE CICERE

Icer falsi laginosum ē ideo solū urit nec nisi madefactū pridie feri debz. p̄ses habz differentias magnitudine colore figura sapore. Arietino capiti persimile est. Rubrum nigro & albo calidioris uis est. Temperatius nigrum habetur. eorum iura quibus & remolita sunt pectori profunt splenis atq; hepatis operationes tollunt calculum frangunt: renes ac uesicam purgant. uocem clariorem reddunt. uenerem cient: lumbricos e uentre ambigunt. Recens cicer stomacho ac intestinis nocet. & os male olere facit.

DE CICERCULA.

St & cicercula minutum cicer inaequales angulos habens neluti pisuz. Dulcissima que aruo similis ē Firmiorque nig & ruffa q̄q̄ alba. Virtute in quibusdam ciceri similis est.

DE PISO:

Impatientissimū frigoris pisuz habetur ideo in apricis feri gaudet. ad austrū uerno tempore facili ac soluta terra dulce ē z minus (ut ait) celsus q̄ faba in lat ac nocet

DE PHASEOLO:

Phaseolum uel phasellum q̄ uillem Maro appellat hanc denominationē a phasello in sula nō p̄culmōte olympo posita accepisse scribit Appulegius: uim calidā & humidā habent phaseoli: quorum usus aluū lubricat z obesat

154

geritur oppillatiōes facit . calculum creat cor
tamen & epar iuuat .

EXICIVM FX IECORE .

Iocinora porcina uel quorūuis animaliuꝝ
paululum elixa terito eo modo quo caseū
soles porcinum deinde uentrem concidito ad
quantitatem iocinoris tantūqꝫ casei ueteris :
amaraci petroselini . passularum : aromatū cō
teritoruꝝ cum duobus ouorum uitelis admis
ceto . quantum satis esse putaueris . Ex his in
unum reductis ad magnitudinem nucis pilas
facito : omentoqꝫ inuoluto . ac ubi uoles in sar
tagine cum larido frigito . Lentam & paruam
cocturam requirunt . Tomacula hec uulꝫus
appellat que fortasse melius omacula cum in
uoluta omento fiāt dicerentur uel tomacula ut
Marci . si placet .

FARCIMINA

Vlpe uituline atqꝫ adipi suille [bene tūse
tritum caseum tum ueterem tum pingueꝝ aro
mata bene tūsa . Duo aut tria oua tudecā agi
tata . salis tantum quantum res ipsa requiret :
Croci quo crocea sint omnia admiscebis admi
xtaqꝫ in intestinum bene lotum : & per quā te
nuam productum inicies . Cocturaz in cacabo
requirunt . Bona non nisi biduo durant . Serua
ri tamen in dies quindecim aut plures pote
runt si plus salis & aromatū addideris siue ad
fumum desiccaueris .

LVCANICE

I uoles bonas lucanicas: carnem macram
& pinguem simul ex sue concito abla
tis omnibus fibris ac neruis: q̄ si caro d̄
cem libraruz fuerit salis librā unā. fenicoli bñ
mundi uncias duas. totidemq; piperis semi tū
si admisceto confricatoq; p̄ diem hec ī mensu
la finito Sequenti in intestinum bene munduz
inuito & sic ad fumum suspendito.

GELV IN PATINA.

I uoles duas patinas eius pulmēti quod
uulgo gelatinam uocamus xl. pedes uer
ueceos excoriatos exossatosq; in aqua recēti p̄
tres aut quatuor horas finito lotas in cacabuz
ubi aceti acerrimi albi metreta una uini albi
altera: aque due insint impone: tantum sal̄ ad
dendo quātuz sat est. Facto deinde efferueat
lento igne Despumañ eq̄ meñto diligēt Vbi se
micocti fuerint piperis rotundi. piperis oblon
gi. cinnami spicinardi quantum satis erit ifrin
gito potius q̄ conteras. in cacabumq; indito ut
una tam diu efferueant donec ad tercias d̄ue
nerint. Pedes tum eximito iusq; efferuere ite
rum finito decem ouorum alba menta tu decula
tam diu agitato donec uersa in spumam uideā
tur. Ebulire simul tantisper hec debent quoad
semel aut bis cocleari inuolueris. Exempta ex
cacabo statim sacco lineo bis aut ter colato ta
le ius ī patinas ubi pulli aut hedi aut capi be
ne cocti & frustratim diuisi nec humecti ca
ro sit indito: in p̄ frigido & humido loco tā diu

165

finito quoad omnia gelu cōcreta fuerit. ex hac patina nil comedat uoconius meus ne bilez q̄ exagitur cū suo magno malo augeat

HEDVS IN ALIO

Ntegrum hedum aut quartam p̄tez tessellis laridi & spicis mundi alii circūquaq̄ in p̄actis ueru ad ignē uoluito. Humectatoq̄ frequenter cū ramuscū lauri aut rosmarini ex hoc quod nūc scribam condimento Cum acres ta cumq̄ iuscūlo pingui duo uitella oui bñ agitata duas spicas alii bene tūnsas: medicū crocn parum piperis misceto in patellāq̄ indito. Inde ut dixi quod coquitur aspergito Coctum ī patinā ponito p̄temq̄ conditure infundito ac petroselinū minutatim concisum inspargito. Hoc obsonium bene coctū cito comedi debeat ne refrigescat. hoc rō edat Ceculus qa oculos heberat. & uenerem etiam demortuā excitat.

PVLMENTARIVM IN CARBONE.

Arnem macram ex coxa uitulina ī bucellas nō nīmū subtiles cōcisaz cultri costa otundito sale deinde z femicoli semine bñ trito utriq̄ asp̄sam int̄ duas tabulas p̄ dimidiū hor̄ cōprimito inde craticula ad carbones coquito. In utramq̄ partē crebro uertendo addendoq̄ tessellas laridi ne igne inarescat. Coqui nō ad modum hoc pulmentariū debet. calidū itē cōuiuis apponatur quo magis appetentiam & desiderium bibendi excitat. Hoc bibulus utatur.

qui sitim in se de mortuam queritur
IN IOCVSCVLIS

Oculuscula aut suilla aut ex quouis anima
li ad magnitudinē nucis apta insperfacq
sale feniculo & aromatibus dulcibus ac bñ tri
tis om̄to uitulino aut hedino iepatī inuolues
ad focūq nō nimiū decoques ac cocta statī ome
des. **SUCCIDIA IN CARNEM.**

Arnez salitam larido in̄textam: i tessel
las concides: concisam in sartagine non
admodum friges: frictā aceto saccharo cīnaino
petroselino minutim conciso asperges: Idē eti
am fieri de pna ac sumine potest S; hec succo
citra uel malaranci suffundi amāt: clamat i hāc
opinionē bibulus z sine acredine uī acore quo
uehemēter excite tur sitis hec deuorāda affir
mat. **IN TURDO:**

Bi turdum affaueris: eo modo quo conue
nit amigdalas bene tūnsas sandaliscq ispar
sas cūz acrita z iusculo miscebis modicūq gin
giberis & cīnami insperges. Mixta hec omnia
per cribrum setaceum in cacabum transnites
ubi modicū ebullerint i oīlam in quam turdos
assos reposueris infundes. Sūt item qui satio
ducunt in assos turdos citra uel malarancia ex
primere aromata dulcia inspargere

IN VITVLINVM CAPVT

Aput uitulinum aut bubulum aqua cali
da depilato ut suem consuesti si elixum
uoles ubi coctum fuerit in aliatum mergito. se

si assumptauerit repletū aromatis alio: ac
 plerisq; odoriferis herbis in furno decoquito
IN CEREBRVM VITVLINVM.

Æ capite elixo ac cocto cerebrū erues:
 cū q̄ duo vitella ouoꝝ tudecula bene agi
 tata. modicū piperis. parum acreste: salis quan
 tū sat ē miscebis. Mixta hec omīa in sartagine
 cū liquamine tantisper friges donec qđ breui fi
 et cōcreta simul fuerint. Comedi cito hoc pul
 mentariū debet: Vbi refrixerit nil insipidius
 Hinc ē quod me palellus hospes crebro in ce
 nam uocat: ubi huiusmodi patinā condit

IN FICEDVLAS

Icedulas in plumes ac nullibi cōminutas
 aut exenteratas in folio uitis cum modi
 co sal' fenicoli ac laridi inuolues inuolutasq;
 cinere calido & carbonibus integes ante dimi
 dium hore coquentur: Assas si uoles quater
 nos si de uincies. circa ueru capite & pedibus
 ne si transfixe fuerint nil habeas quod come
 das Sunt qui in extrema cōtura laridum his
 insillent.

PATINA CATELLONICA

IN PERDICES:

Erdicis asse ac prope cocte alas & pul
 pa; circum quaq; abscindes. inde q; in lo
 cum modicum salis aromatum chariophilorum
 contusorum succus citri aut malaranci quo
 melius simul hereant misceri his deb; inuo lua
 tur tū cito necesse ē ac calida deuoꝝeē oportet

Hoc cibo gallus noster frequenter uescitur
quis catellonicorum acerrimus sit hostis. odit
enim genus hominum, non patinas

LIQVAMEN.

Mentum suis dum recens est minutim
concisum ad castaneae magnitudine in sa-
le multo asperges ac contundes contunium p-
diem in tabulato fines. sequenti in abeno ad ig-
nam si centum librarum erit cum duabus aque
metretis decoques lento igne efferveat neces-
se donec bene liquauerit. colo deiceps colabis.
capiet quod in aqua natabit. inditum liqua-
men in seriam loco subterraneo per annum con-
seruabis

IN VENTRICIVM VITVLI NVM.

Itulinum uentrem in angulo leniter per-
forato stercoque ac sordes omnes eximito
in lotu uentrem hec que dicam indito ex ca-
seo ueteri oua quatuor bene fracta parum pi-
peris leniter tunsit. croci molieu in passulas in-
tegras petroselinum amiracum mentham co-
cisam mixta omnia & in uentriculum clausa
in cacabo bene coquantur

PERNA

Igitur cultrum in mediam pernam que ut
Varroni placet a pede dicta est olfacit oque
si bene olebit bona erit perna. sin secus reicie-
da est. Bonam in uino albo aut aceto decoqui-
to sunt qui tantumdem aque addendum dicat

maxime uero publius qui uinum non bibit: i
 certe falluntur Suauior ē in uino tantum uel
 aceto cocta & diutius durat. Nō ē omnino con
 quenda perna. nec ē iure eximenda nisi ubi re
 frixerit.

SVMEN ET LINGVA.

On sit sumen admoduz pingue sed rube
 um: coquatur eo modo quo perna: s; me
 lis aliquantulum. Hanc quoq; cocturam uult
 lingua que quanto pinguior tanto melior est

Eadem fere & de reliqua succidia ratio IN PASTILLVM GALLINACEVM

Ristas pullorum triphariam iocuscula q̄
 driphariam diuidito testiculos integros
 relinquito Laridum tesselatim concidito nec
 tūdito. Duas aut tris ūcias uituline adipis mi
 nutatū concidito aut loco adipis medullam bu
 bulam aut uitulinam addito Gingiberis cin
 namī sacchari quatum satis erit sumito Hecq;
 oīa cū cerasis acribus ac siccis ad xl. misceto in
 ditoo; in pastillū ad id apte ex farina inbacta fa
 ctū in furno aut subtextu in foco decoqui po
 test Semicoctū ubi fuerit duo uitella ouoy
 disfracta modicū croci & acreste supfunde

IN PIPIONEM EXOSSATVM

Pipionem exinanitum & bene lotum per
 diem ac noctem in aceto acri sine; lotū
 deinde ac repletum z aromatibus & herbis eli
 xum pro libidine aut assum facies utrouis mō
 sine ossibus ineunies.

EX SOLO PIPIONE DVO FIUNT

Ippone sine aqua ita apposite deplumato ne pellem frangas exenterato deinde cutem integram auertes ac diriges directam optimo farcimine replebis. integer tum omnino uidebitur uerum pipionem hoc modo assuz frictum elixum facies. Assum semicoctum sale ac trito pane asperges inungesque leniter uitello oui nter crustam pro cute faciat: ubi incoctus omnino fuerit uehementi igne statim torreto quo coloratior fiat inde conuiuis appone

CIBARIA ALBA

Ibarium album quod aptius leucophagum dicitur hoc modo pro duodecim conuiuis odies. Amigdalorum libras duas per noctem maceratas aqua ac depilatas in mortario bene tundes: inspergendo modicum aque ne oleum faciant. Deinde capi pectoris assatum in eodem mortario conteres indeque excavatam panem ac resta prius aut iure macro remolitum. Gingiberis preterea unciam ac sacchari selibram addes: miscetque hec omnia simul. mixtaque per excretorium farinaceum in ollam mundam transmittes. Efferueat deinde in carbonibus lento igne facies cochlearumque sepe agitabis ne serie adhereat. Coctum ubi fuerit aque rosacee uncias tres infundes: Ad mensamque aut in patinis ubi caro fuerit aut seorsum sed minoribus mittes: Quod si in capos fundere institueris: quo lautius uideatur malpunicum grana superinspargito. At uero si in

duplicem condituram diuisum uoles. partem
 uitello oui ac croco simul cum modico acreste
 confuso colorabis. quam quidem a colore gene
 stinam appello. Reliquam partem ut alba e ita
 couius ut dixi appones. Hoc ego condimentis
 Apicianis auteposuerim semper: neq; ulla ra
 tio est cur gule maiorum nostris preferantur.
 Et si enim ab illis in omnibus fere artibus su
 peramur una tamen gula non uincimur. nullū
 enim prope in orbe terrarum irritamentū gu
 la est quod nō huc tamq̄ gymnasium popinariū
 translatus sit ubi acerrime de conditura obso
 niorum omnium diseritur. Quem coquum di
 immortales Martino meo comensi confere s. a
 quo hec scribo magna ex pte sunt habita. Car
 neadem alterum dices. si de rebus propositis
 ex tempore differentem audieris

✧ CIBARIVM ALBUM CATI
 LONICVM

Arrinam optimi risi cum duabus metre
 tis lactis caprini in cacabo ad ignem poni
 to procul flamma ne fumū concipiat. Pecto de
 inde capi eodem die mortui ac semicocti in
 quedam quasi subtilissima fila diuidito iditacq;
 mortairū duob; aut eo āplius t̄b9 ictib; pistil
 lo contundito. Vbi lac dimidium hore effer
 uerit hoc idem pectus in fila redactum cum
 libra sacchari indes. efferuereq; horas quat
 tuor patieris agitando semper condituram co
 chleari cui herebit ut terebinthia ubi decoctū

fuerit Aquam postremo rosaceam ut in superiore infundes patinasque facies. nec erit ab re si sacchari aliquid insparges. nulli enim cibarium (ut aiunt) saccharum aduersatur. Ad hoc Galbes noster Rizonem & me sepius inuitauit Aderat & Tridento qui se nil unquam lautio comesse asserit.

IVS CONSUMPTVM

Ieri ius consumptum aut ex capro aut ex phasiano aut pice aut capreolo aut pipionibus aut ex colubis siluaticis potest si ex capro uoles cacabum sumes quod aque metretas quattuor contineat. Huc capum fractis ac minutis ossibus indes cum uncia succidie macre. piperis granis triginta cinnamo pauco nec nimium tunio. tribus uel quattuor cariophilis saluie lacere trifariam folis quinq; lauri duobus. finito hec efferueant horis septem uel donec ad duas scutulas uel minus redigantur. Caue salez indas aut salita si egrotantium causa fiet. Parum aromatum nil uetabit quo minus egroto etiam apponatur senibus hoc et ualitudinariis detur

IVS CVLVM CROCEVM

Itella uorum triginta acretam ius uittuli aut capri parum croci. modicum cinnami in catinum simul frangito ac misceto. Mixta per cribrum excretorium facito in ollam transeant. In hac curato ut in carbonibus procul flamma ne fumum concipiat decoquant. Misce totum semper cum cocleari donec crassum

fieri incipiat. Tunc enim a foco ablatuꝛ conui-
uis decē per cōmode apponetur Spargi aroma-
tibus dum in patinis est. hoc iusculum debet.
IUSCULVM ALBVM.

Migdalarum libram depilabis ac tundes
aquam inspargendo ne olium faciant his
deinde albamenta ouorum xx. panis albi ac re-
moliti parum. modicuꝛ ac resse ac gingiberis al-
bi iuris quantum sat erit addes ⁊ tundes om-
nia simul bene miscebis. Mixta per cribruꝛ se-
taceum facies in cacabuꝛ transeant. coquantꝛ
eo modo quo superiora.

IUSCULVM VIRIDE.

Apito illa omnia que ī primo iusculo cō-
tinēꝛ pꝛt crocū hīcꝛ betas ⁊ modicuꝛ pe-
roselini aliquot tritici folia si tuꝛ uiridia erūt
tunsa addes per cribrum transacta coques eo
modo quo superiora.

**CIBARIVM QVOD VVIGO SAN-
ZARELLAS VOCANT.**

Va septem selibram casei triti. Panem
item tritum tundens simul misceto.
inditoꝛ in cacabum ubi si et uis croceum quā-
do feruere occipiet Vbi bis terve cocleari cō-
uolueris patinas facies cito enim coquitur.

CIBARIVM VIRIDE.

Ibarium uiride eo modo quo antedictū
condies sed pro croco herbas indes qꝛ
in iusculo uiridi commemorauī.

CIBARIUM IN BOLIS

Ve antea dixi fumes eadē uti uoles aut alba aut crocea aut uiridia facies. Duri ora sint hec aliquantulum. & in cacabum feruē occipiētē coctari paruo sigillatim deponātur.

CIBARIUM ALBUM.

Lborē ouorum: panem album & tritū casei modicum cum lacte amigdolino misceto inditoq; in cacabum seruere occipientem exture uitulino aut capi prepiguis. acco modo quo superiora coquito.

LIBER SEPTIMVS INCIPIT.

Via industriam non ailia solum ac siluatica animalia uerum etiam in animata quedam fecere ut legu mina boleti tubera herbe item non nulle tum ortenses: tum siluestres. que a philo sophis inter uegeta roponuntur. Verum prius meo instituto de ui & natura istarum reꝝ mihi dicendum est q̄ de cibaris que ex eis u dem fiunt dicere incipiam. Neq; certe a re ip sa alienum putarim precipue cum ordo esicio rum hoc requirat: de eo farre z ordeo aliquid dicere quo in cibaris utimur. quamq; cum de pane diceremus breuiter eorum genera sunt explicata.

etiam qui acressam tantum cum flore fenicoli
infundant. Croceam si uoles crocum addito

**CIBARIUM EX COTO
NEIS:**

Otonza in iure macilento cocta tundes
Tunsa cu; succo amigdolino cu; iure ui
tulino aut pullino dissolues ac in cacabum per
setaceum transferes. Addito deinde gingibe
ri cinnamo saccharo ac croco rursus i carboni
bus procul flamma ociose ebulliat facies agi
tando semper cochleari. Sunt qui butiru; aut
adipem recentem instillent : Cocta & in pati
nas translata aromatibus ac saccharo asperges

FRACTA FABA.

Abam tam diu in aqua fines donec bene
humecta fuerit eam deinde e regione ni
gredinis apte ita scindes ne quod intus est co
minuatur. In acuos cortices amigdalas cu; aqua
rosacea ac saccharo tundas indes ad ignem in
ollula uel patella sine aqua torrebis cauendo
semper ne comburantur. Tostas ac in scutel
las translatas iure optimo suffundes i qb; & pe
troselinu; & aromata insperges. sūt q; z cep: sid
dā:

CIBARIUM CANNABINUM

Ibarium cannabinu; pro duodecim con
uiujs hoc modo facito libra; cannabis bn
mundi tam diu coquito donec scindatur. coctā
& una cum libra amigdalarum addito etiam
ex cauato pane in mortario tuusam iuri macro

dissoluto transfagitoq; i cacabum per cribrum
setaceum ad focum deinde positum cocleari cre
bro agitato: postremo uero ubi prope coctura
fuerit selibram sacchari semunciam gingibe
ris parum croci cum aqua rosacea indito. Coc
tum & i cutellas diuisum aromatibus dulciori
bus conspargito hoc ego Baricocolis Senensi
um persimile puto ex multis enim probabili
bus rebus improbabile edulium est factum na
et difficulter concoquitur et fastidium et do
lorem facit.

EXICIVM EX CARNE

Ro decem conuius libram abdominis
porcini aut uiti lini bene elixato coctam
accensam cum selibra casei ueteris pauco eti
am ex pingui addito. cumq; herbis odorife
ris bene concisis pipere gingiberi cariophi
lo misceto sunt etiam qui pectus capi tansi uo
incōmode addant Hec omnia farina bene sub
acta ac in tenuissimum solum redacta ad casta
nec magnitudinem inuoluto inuoluto iure
pingui accroco colorato decoquito parum co
cture requirunt in patinis traducta caseo tri
to & aromatibus dulcioribus aspergito fieri
& hoc edulium ex pectore phasiani perdicis ali
aliarumue alitium potest

ESICIVM SICVLVM

Arinam albam ac bene excretam cum al
bore oui aqua rosacea ac communi bene

urina[m] mouet. pectori ac pulmōni prodest ca-
put tñ crassis & perniciosis humoribus replet
Insomnia & ea quidē garua inducit. eius fri-
giditas z malicia leniri aliqua ex parte potest
origano pipere sinapi insparso Vinū merū post
phaeolos bibendum omnino est

DE LENTE.

Ens ut p[er]sum uomere feritur amat lens
solum tenue magis q̄ pingue celuz utiq; sicū
eius duo sunt genera alterum rotundum nigri-
uiq; . Alterum sua figura in lenticule nomen
transiens. frigide z sicce nature habetur Cor-
tex aluum soluit . medulla astrigit difficulter
concoquitur. atram bilem generat & lepram
facit. inflat. condensat cerebro & pectori nocet
oculos hebetat. uenerem reprimit corrigi eis
malicia hoc modo potest primam concocturā
abieito secunde acetum & aromata addito non
erit. etiam insalubre farinam ordeī. lenti in caca-
bo misceri ut bene ac multum alat

DE VICIA ET ERVO.

Etica uicia cicerula eruuz farrago: peco-
rum magis q̄ hominū causa sūt iuēta eis
tamen usum uim medicamēri habuisse litteris
suis diuus Augustus ostēdit. eius enim uis tus-
sim lenit ac pectori prodest Hoc robilium uul-
go appellant.

DE LVPINO.

Vpini satō trās letiores facit ubi caule
surrexit ac florē emisit ad soles cōtinuo

heliotropii more uertitur. Hoc uice de p̄s hy
dre nubilo celo rufici utuntur. nullo impedi
constat lupinus. neq; enim saritionem aut rō
cationem exigit. primus omnium feritur. ulti
mus tollitur. Vtrumq; fere Septembri mēse
Ter in anno floret. lectum condi ad fumū amat
Eius uis calida ē & sicca. Maceratus frigida
aqua salitusq; homini in cibo ē. amarus medica
menti uice; prestat. impositus enim puerorū;
uentribus contra lumbricos pro medicamēto
habetur. Valet itē contra omnem opilationē;
egre tamen concoquitur humores etiam cru
dos & malos efficit

DE CANABI

Eritur & canabis ip̄a ut linū ꝛ corticata
post uindemiam funes ad usū; prestat.
Aiunt canabim in alabandita ferularum uicē
in plagarum usum prebere ad eam magna in re
gione nascitur. ex semine canabis tunio cibaria
quedā fiunt que & stomacho ꝛ capiti ac deniq;
membris omnibus plurimū nocent

DE SAMBUCO.

Ambucus alterū genus habet magis sil
uestre. quod alii thamiatem alii ebulum
uocant. Flos eius in cibariis sumptus: hepatic
hydropicis cardiacis atq; hieropicis prodest. aci
nū uero quo & capilli cani tinguntur potu; ex
aqua urinam mouet. Folia in uino pota serpē
tum ictibus resistunt. aqua in qua folia mace

179
173
rata fuerint sparsa per domus pulices necat.
Decoctio item foliorum sparsa muscas necat.
DE CUCURBITA.

Cucurbita in uentrem plerumque crescit:
nonnunquam uero in anguineam formam. In lo-
cis humectis nascitur libertate pensili gaudet
in longitudinem nouem pedum creuisse quondam
lectum est ueteres medici diffinire cucurbitam
esse congelatam aquam. est enim humida ac fri-
gida uirtutis. nam in cibum sumpta & stomachum
relaxat & bibendi desiderium extinguit. ac al-
uum mollit. intestina ledit quo longiores sunt
eo salubriores habentur. Que in uentre cre-
uere desiccate ad fumum euacuateque orei usum
rusticis in condendis hortensiorum seminibus
prestant. Cucurbite etiam ubi tenella sunt ab-
rasa leniter superiore cute. conciseque in angui-
neam formam ac desiccate rusticis hyeme ci-
baria prestant.

DE ATRIPLICE

Triplicem esse putari ego quod rustici
spinachium uocant a spinis credo quas in
semine facit. est enim eius frigida & humida sub-
stantie amplius tamen ab humoribus possidet
Sunt qui uelint atriplicem non esse quod spinachi-
um uocant licet similitudinem habeat & tandem
prope uim nam & aluum mollit & histericis
hoc est auriginosis ab auri similitudine. ob spar-
sum fel ut ait Varro prodest. Calidum epas re-
frigerat. bilem incensam reprimat

DE RAPO.

Rapum quod uariare genus lectum est a Democrito tamq̄ humano corpori cōtra rium damnatur. ex eo enim putat inflationes stomachi excitari. Cōtra dyocles itemq̄ Dionisius propter eius uirtutes etiā necessarium existimant: cum enim calidum sit & humidum multum alere & obesare putatur. Genituraz augere: maxime uero si sub cinere & carbonibz coxeris non erit etiam insalubre si prima abiecta decoctione secundo elixaueris. additis aromatis que eius inflationem tollunt. Benecōcta urinam cient. ardorem tollunt: sitim extinguunt. Contra uero incocta inflationem etiam & opilationes generant Rapicolium cum adipe tunsum articulorum dolorum medetur et: frigus a pedibus abigit. aqua in qua decocta fuerint frigidis podagris salubre fomentum p̄stat. Cauē sum est dum rapa coligimus ne uice bestiole quedaz uenenose insint. quas greci uocant. Has necare mulierem menstruo laborantem asserit Columella si solutis crinibus & nudo pede unum queq̄ hortum ter circumbeat.

DE NAPIS.

Aporum plura sunt genera. neq̄ una ea de neq̄ in omnibz uirtus ē. napi in altitudinem tendentes qui & corinthei dicuntur terre maiore ex parte prominent hi serui locis de uexis & siccis amāt. Liothasi uero frigorū p̄

ramusculis sepe aspergenda est: Idem etiam fi
eri ex anseris anate grue capite pullastra potest
Male hoc & parum alit tarde concoquitur. Sto
macho capiti oculis atque hepati nocet. Oppillati
ones facit. calculum creat pituitam auget.

PVLLVS IN ACRESTA.

Villum cum salita carne decoquito. ubi se
micoctus fuerit grana uue sublatis e me
dio uinaceis in cacabuz feruentem indito. Pe
troselinon & mentham minutatim concidi
to. piper & crocum in puluerem conterito
Hec omnia in cacabum ubi pullastra cocta fu
erit conuicito. ac patina statim facito. Hoc ob
somo quo non ab re B. Poggius me etiam inui
tato frequenter uescitur. nil salubrius. Ad ino
dum enim alit facile concoquitur stomacho cor
di epiti renibus conuenit ac bilez reprimat.

PVLLVS ASSVS.

Villum bene deplumatum exinanitum z
lotum a sabis asso atque in patinam imposi
to antequam refrigeat aut succum mali medi
ci aut acrestam cum aqua rosata saccharo ac
cinnamo bene trito infundes conuiuiscz appo
nes Hoc Bucino non displicet: qui acria ac dul
cia simul appetit: ut z bilem reprimet qua ex
citatur & corpus obeset.

IN PVLPAM VITVLINAM.

X coxa vitulina carnem macram abscidi
to. abscisam in frusta oblonga & subtilia
concidito battuatoque cum gladiolo costa ita ne

rescindatur. Statimq; sale & feniculo trito suffundito: Amaracū deinde ac petroselinon cum larido bene concisum. & aromatibus sparsum super pulpas extendito. easq; statim inuolutas in ueru ad ignem ponito. ne nimium desiccentur caueo: coctas conuiuis statim appones Multū alet corpus solidum reddet pauca recrementa relinquet.

IN PVLPA M ROMANAM.

Arnem uitulnam in frustra non maiora ouo: ita incidito ne alterum ab altero rescindatur: salēq; ac coriandrum aut fenicolū nētum statim inspargito insparsa inter duas tabulas aliquantulum opprimito Veru deinde traiecta cū tessella laridi ne se stingant ne ue nimium siccentur ad ignem uoluto donec coquatur Multi hoc ē & grossi alimentū: Tarde etiam concoquitur & aluū astringit.

ESICIVM EX PVLPA.

X coxa uitulna pulpam accipito: eamq; uel cū adipe eiusde; uel cū larido minutatim concidito amaracū & petroselinon contūdito. uitellū oui cū caseo trito tudecula agitato Aromata inspargito ex hisq; corpus unū facito: ac omnia cū ipsa carne misceto. ī omētū deinde uel porcinū uel uitulnū tesselatū incisum: hoc pulmentū ad oui magnitudinem inuoluto ad focus in ueru lento igne decoquito. mortadelam uulgares hoc esicium uocāt. quod certe palū incoctū q̄ nimium suauis ē tarde ob hanc re; di

tientissimi sunt apud ytalos oliz Amiteminis
 palma dabatur. inde Marsis tercia ut ait pli
 nius nostratibus id est Cisalpinis. napi omnes
 alius tamen alio minus z magis calide habetur
 Guttur & pectus in cibum sumpti leniunt. al
 uum inflant ac uenerem cient. Generare eniz
 frequens eorum frequens usus pituita putat
DE BLITO ET BLETA:

Litum inter hortensia holeris leuissimu
 genus est. Hoc ego biffariam diuidi cre
 diderim cum & nigrum sit & candidum. nigrum
 capite fer exit ut bulbo. caule ut lactuca. neq
 ulla fere hortensis herba latitudine maior. q
 dam bliti naturam inertem & sine ui putarut
 z si aluum uq ad bilem plerumq conturbet.
 Nimia feminarum menstrua in cibo sumptum
 sedat at bleta que alba est queq mediuz tempe
 ramentu sortitur Hepaticis ac splenetiq cu aro
 matibus dulcibus que faldedinem eius leniant
 utilissime datur. Ardores item estatis releuat
 Fastidio languidos ad cibuz reuocat. Nutrien
 tes feminas plurimo lacte implet. Esa cum iur
 proprio aluuz mouet. eo uero abiecto sola esui
 sumpta constringit.

DE BRASICA.

Rafica quam eandez & cauliculu z cau
 lem licet appellare q caule qui uulgo tyrsus di
 citur p ceteris crescat omnibus oleribus ut ca
 toni placet antistat maxie uero lotio quod plu
 ribz iribus salubre ee ostendit. sexcētis fer ānis

medicina brasice usum populum Romanum
idem Cato tradit Non dum enim in urbē cō
uenerant medici qui sanandi facultatem pere
grinam quidem in artem postea redigere. In
uenta tum pigmenta sunt zhis preterea adu
ta que uellent ceterū rustici ac illi militares ui
ri gloriosas cicatrices gratuito olere curabāt
h. r. t. u. n. colentes ad salutem & cibum. Genera
brasice tria facit Cato unā extensis foliis cau
le magno que pitagorica dicitur Alteram cris
po folio quā appiam uocant: Huic ego se uana
que in agro ueronensi nascitur & carpimicem
sem contulerim. Terciam minutis caulibus le
ne n. tenerā que minime probatur. sentur bra
sica toto anno. equinoxio & autumno transfer
tur Cymam uere prestat. quam quia Druus
falsidius a Tiberio patre increpatus est Sunt
& estiuū autumnialesq; mox hiberni iterumq;
cime. nullum genus olerum neque fertile est:
sua se fertilitate consumit. est & brasica siluel
tris trium foliorum D. u. Iuli carminibus mi
litaribus iocis precipue celebrata qua milites
in obsidione dyrachiana ut in militaribus ex
probationibus apparet uos crediderim. L. i. p. la
na enim hoc genus brasice ipsi appellabant ca
lida & sicce nature brasicam esse constat. & ob
hanc rem atram bilem auget. Mala insomnia
facit paruū alit stomacho parum. capiti atq;
oculis. propter exilationem multum nocet. Hy
eme si cum carne pingui coquāt q̄ estate tollera

biliores Purgare tamen pituitam aiunt: guttur lenire uocem clariorem facere si cum primo iure eatur abiecto primo si cum secundo coquatur astringit ut blea affirmat Aristoteles in problematibus nil eque ebrietati mederi quod brassica uel semen que sua in diuretica unum ad altiora petens ad meatus urine producit. Valet & succus eius cum uino potus contra morsum rabiosi canis.

DE FARINIVRE.

Et simplicibus quibusdam satis dictum est ad condita nunc tandem me reuocet coqui. Far mundum & lotum in iure pulli diu coquito. cocti partem in catino transfero. Huc ouorum vitellaria ubi aliquantulum refrixerit cum croco dissoluta inde rursumque in cacabum transferes & aromatibus consperges.

RISVM IN QVOVIS IURE.

Isim condies eo modo quo far. Oua quidam subtrahunt Hoc in tuo sit arbitrio.

MILLIVM IN PATINA

Illium cum aqua calida bene lotum cum iure carni in lento igne diu coquito cocti & sepe misceto procul fumo indito deinde croco quo coleratius fiat ad mensam mitto.

CIBARIVM EX PANE TRITO

Anem tritum efferuere in iure carni parum admodum finito ubi ex igne paululum refrixerit. modicum triticasei eius aliquot remolitu in eundem cacabum indito ac misceto

colore croceo gratius hoc cibarium fiet.
**IOSCVCVLVM Q VOD VERZV
SVM VOCANT.**

Vorum recentium uittella quattuor se
miunciam cinnami. sacchari uncias quat
tuor exsucco malaracu uncias totide. aque ro
sacee uncias duas tudecfa simul ofusa aci unu
corpus redacta eo mo coques quo iusculu cro
ceum coquendu diximus no erit et abre crocu
addere quo gratius fiat. Hoc genus cibari es
tate precipue salubre habetur multum enim
ac bene alit epar refrigerat & bile reprimat.

**PVLS FABACEA EX FABAFRA
CTA**

Abam diffracta bene mundam ac lotam ad
focum pones ubi efferuere occeperit pma aqua
exprimes. inde scq tantu aque recentis uel duo
bus digitulis emineat addendo tantu salis qua
tum sat est. procul flamma propter fumu & op
tata; diu ebuliat necesse e donec cocta i pulte
redigatur. agitari deinde in mortario & ta diu
misceri debet donec unum corpus cofiat. rursu
in cacabum positam quo calefiat. cum trasferre
in patinas uoles hoc modo condies: Cepa minu
tim conscisa in olla feruenti oleo coques inde scq
modicum salie aut ficoru; aut pomoru in tes
sellas concisoru Hec quide; feruentia adhuc
patinis fabacis infundi debent sunt qui zaro
mata inspergant.

FABA IN FRIXORIO.

DE ORDEO

Rdeum frumenti genus esse satis in primo libro diximus. cuius uis temperata habetur. Hinc est quod parum alit. Aqua cum eo decocta addito uel melle uel glycyrriza contra egritudines a nimio calore prouenientes plurimum facit. Hoc etiam frequenter ut infra apparebit in cibariis uescimur. Hamilū itez ex hoc factum pectori non incongruit.

DE FARRE

Ar quod aliqui fadoreum aliqui adorea genus dixerunt temperatum est. Facile concoquitur abstergit refrigerat. Eius frequens usus epatis ac splenis fibras claudit laborantibus ex calculo uesica & renibus etiam nocet.

DE HAMILO.

Amiluz quod inter pulmenta boni succi Celsus cōmemorat. Id esse putari; quod medici nostrorum temporum mutata littera hamidum uocant. Conditum cum amigdalibus & saccharo epiglotū lenit & pectus tussim cedat. Sanguinem tamen non bonum generat.

DE SIMVLA

Imulam fieri e tritico loto sicco ac leuūt mola diffracto dicunt medici. Asserūtq; cibaria ex hoc meliora fieri q̄ que ex hamilo sunt. Calorem enim & sitim cedant hepar refrigerant.

DE HALICA.

Alicam celsus inter fruges boni succi commemorat. ut triticum. siliginem. orizam. hamiluz. que quidem & panificia appellat. Ex halica tamen oriza & ptisana fieri optimas sorbitiões z. pulticulas dicit. ut Columelle placet exordeo. ut Celso ex oriza quod deriuatū uideť. Sunt tamen qui hoc latinum & non externuz putent.

DE RISO

Iium quod ego antiquo uocabulo orizā appellatum puto calide ac sicce uis est. & ob hanc rem multum alit. maxime si cum amigdolis tū is lacte ac saccharo ut postea dicitur. conditum fuerit. Decoctuz in aqua pura uentrem constringit. Nocet tamen frequens eius usus dolore alui laborare solitis.

DE PANNICO.

Alii succi habentur pannicum milium ac legumina fere omnia. Pannicū ut ait Plinius dictum est quod panniculis inuoluatur. pannico precipue Aquitania utitur Pontica gens milliuz panniceo preferunt cibum. Abūdat & hoc circumpadana regio. pannicum tritum & pro cibario sumptum. simplex uentrē astringit. cum lacte coctum multum alit.

DE MILLIO.

Illium & pannicū terram emaciant. & ob eam rem inter uites & arbores frugiferas legenda non sunt. Et yopes non aliā frugez

Abam coctam z resolutam. cum cepis fi-
cis salvia atq; aliis plerisq; holitoris.
herbis in frixorio adipe uel oleo bñ uncto fri-
ges: in pinacaq; uel orbem extensam in placete
forma indes atq; aromatibus suffundes.

CIBARIUM EX PISO.

Isurum cum siliqua semel ebulliat facit o ex-
emptum aqua in frixorium cum tessellis car-
nis salite & eius maxime que macro pinguiq;
desinguitur indes. Vel tñ ipsas tessellas mo-
dicum prius effrixisse. addito deinde paruz ac-
re sic modicuz sape aut sacchari cinnami non nihil
Hoc item modo & piseolos coquito

CIBARIUM EX CARNE.

Arnem macram elixam minutim concidit
to concisam in iure pingui iteruz per di-
midium hore coquito addēdo prius excavatū
panem ac tritū. modicū piperis croci parū. ubi
paululum refrixerit. oua dissoluta caseum tritū
petroselinū amaracū mentham concisam minu-
tim cum modico acresta mixta z simul agitata
in eundem cacabū indes. cochleari lente agitā-
do ne conglobentur. i leme uaz fieri ex iocucū-
lis & pulmonibus potest.

CIBARIUM EX INTESTINIS.

Ota bene sint e munda intestina recremē-
torum omnium receptacula. ad focus de-
inde in cacabum cum osse succidie quo sapidio-
ra sint posito salē indes caucto ubi cocta fuerit
exempta in frustra non magna concidito mēte

pretereā saluie salis quantum satis erit tantum
addito. facitoq; rursū cum hoc additamento
paululum admodum ebulliant Coctis & in pa-
tinas positis aromata insperges. sunt qui caseū
tritum superfundant.

CIBARIVM EX INTESTINIS TVRTE.

Intestīa turte bñ lota ac semicocta pau-
lulum piperis petroselini menthe ac salu-
ie minutim concise indes patinas ubi feceris
aromata insperges.

OVA TVRTE CONDITA VT PI- SA CREDANTVR.

Va turte semicocta ac ex cacabo exemp-
ta in frustula diuidito & ut ius turbidū
uideatur panē excauatum cū eodem per cri-
brum setaceum trāsfigito. aut ex iure pisorū
si pro tempore haberi poterit quantūlat erit
sumito cum hoc additis aromatibus croco pe-
troselino ac mentha concisa rursū ipsa oua co-
quito pisa edere te dices.

CIBARIVM EX LACTVCA.

Yrsūm lactuce mediū presertim cum ouo
cucurbita ac esta deco. uito.

CIBARIVM EX MALO ROSEO.

Ala rosea a colore puto sit appellata. cū
iure carniū coquito ubi prope cocturam fu-
erint in eundem cacabum paululum petro-
selini ac mēthe concise indito spissari ius cum
excavato pane ut in truta diximo facillime pōt

pōt patinis ubi inditū fuerit aromata insp̄ges.

DE SIMILA.

Similam in ius pingue & feruens agitātū
cōtinuo cochliari uel tudecula impones
Ad dimidiam hore ebulliant in carbonibus ne
cesse est procul flamma ne fumū concipiant.
in scutellas deinde impositam caseo trito &
aromatibus consperges: Tempore ieiunii cum
saccharo succo amigdolino & aqua rosacea con
diri potest hoc Marso proderit qui tussi & q
dem concitata laborat

PATINA EX RAPIS.

Apa bene lota ac in frustra concisa optie
ī iure aliquo pigui decoquito cocta ac tū
sa iterum ad ignem cū meliore q̄ antea si fier
poterit iure cūq; frustra succidie pipere ac cro
co ponito ubi semel efferuerint inde exempta
conuiuis apponito Hoc non comedat galba no
ster qui urinam egre continet.

PATINA EX FENICVLIS

Oquuntur fenicui eodem fere mō quo
brassica. concidi tamen melius ac coqui
debent: piper amant & succidie aut olei condi
mentu; requirunt.

ESICIVM ROMANICVM

Arinam optime ex fursuribus excretam
cū aqua subigito subactam in tabulatu;
extendito inuolutoq; ei ligno tereti quide; z
oblongo. quo uti in tali ministerio p̄tores solēt
inde extractam in latitudinem unius digituli

concidito Vittā: dices adeo longa est in iure pi-
gui ac continuo seruenti coqui debet. At si in
aqua pro tempore coqui oportuerit. butirum
& salem indito: coctum in patinam cum caseo
butyro saccharo & aromatibus dulcibus trans-
ferri debet

ESICIUM FRUMENTINUM

Sicium frumentinum eodem fere modo
fit quo & Romanicum fit tamen aliquāto
grossius & minutim magis conciditur. Cōditu-
ri eadem que superior.

CIBARIUM EX RADICE PE- TROSILINI.

Adices petrosilini bene lotas & excaua-
tas si pre dure fuerint in iure carniū p-
coquito coctas ac minutatim conscisas cum
pipere & croco in alio iure non minus bono
iterum ad focum ponito. Vbi paulum efferbu-
erunt in patinas indito.

CUCURBITA FRICTA

Uteq; cucurbite abradito: eandēq; ex trā-
uerso ī tessellas tenues cidito. ubi semel
ebulerit ex cacabo in tabulā tarsi fertō
ibiq; finito donec paulum dissecetur inuolutaq;
deinde in sale & farina admodum alba in oleo
frigido. frictam & in patinam trāsiatāq; moreto
ex alio ex flore feniculi excauato ac macerato
pane emuacresta dissoluito ut rarum potius
q̄ spissuz uiuatur suffundito. Non erit ab re-
moretum ipsum per setaceum trāligere Sunt

subigito subactaz in pastillos i modū palee sub
 tiles semissemq; oblongos extendito. Hinc stilo
 ferreo admodū tenui excuato. inde ferreū
 extrahens uacuum reliques. Desiccata ad solē
 huiusmodi esicia annos duos ac tris durabūt
 Maxime uero si mensis augusti luna fuerint
 pinlita in iure pingui decocta ac in patinas fusa
 trito caseo butyro nouo ac recenti aromatibus
 dulcibus aspergi debent Hec esicium duarum
 horarum cocturam requirit.

IN VERMICULOS:

Arinam eodem modo quo superiorē sub.
 igitō subactā in frustra digitis rescindito
 uermiculos dices. ad solem deinde ponito bñ
 sicci biennio & eo amplius durabunt. Coctos
 per horā in iure pingui patineq; inditos caseo
 trito & aromatibus cōdito. at si dies ieiunii fu
 rat cū succo amigdalino ac lacte capno coques
 Verum quia lac non tantū cocture requirit:
 facito prius aliquantulum in aqua ebulliant:
 deinde lac ipsuz addito Coctos saccharo insp
 gere memento. eadem omnium ex farina esici
 oruz fere coctura est. croco coleratiores fiant
 nisi in lacte decocti fuerint.

MINVTAL HERBACEVM.

Olia uicium ac buglosse in cacabū dū fer
 uet aqua indito ac statī eruito. eruta in
 tabula cū petroselino ac mētha cruda gladiolo
 occidito occisa ac i mortario tūsa i cacabū cū iur
 pingui indito parum ebulliāt facito coctuz pi

pere spargito .

RISVM IN AMIGDALIS .

Ro decem conuiuis selibram risi bis aut
ter aqua tepida lauabis lotum ac coctuz
in tabulam extendes donec aqua exierit. inditū
deinde in mortarium cū libra amygdalaruz de
pilatarum tundes accū aqua recenti in caca
bum per setaceum transferes. selibrā sacchari
addes. procul flāma in carbonibus agitatum
cochleari propter fumum ebulliant necesse ē .
semiboram. Coqui z eodē modo risum ī lacte
caprino potest. Vex quia esicium cito fumum
cōcipit. si id acciderit hoc mō a fu no liberabis
Risum ita excacabo in ollam mundi trāsseres
ut ex eo quod fundo aut lateribo adheret ni
hil attinges. Lineum deinde pannuz z id qui
dem albū in plicas tris aut quattuor redactū
humectūue recentiac expressa aqua supra os
olle apte collocabis post paulū idez etiā facies
Hoc ad extrahendum fumum nullum efficacis
remediū. idem in farro acceteris fiet.

FERCVLVM AMIGDALINVM

Libram amygdalarum albicantium in ea rati
one quam diximus cū pane excavato ac remo
lito contundes. tundas ac dissolutas recenti rē
cacabum per setaceum fundes. coquesq; eo
modo quo superiorem. sacchari selibrāz addes
parum cocture amat. liquidum enim magis q̄
spissum placet. Sunt qui & aquam rosaceam
addant.

ESICIVM EX PELLE CAPO NVM.

Apum ubi elixaueris pelle; circūquaq;
abscindes & eā maxime qua collum inte
gitur. Concisam ac in frustra diuisam rursū ī
iure pingui per semihorā decoques addito cro
co quo coloratius fiat in patinā; trāslatā aro
matibus & ca' eo trito consperges: Hoc archi
gallus noster delectaretur si per rem familiarē
tenuem admodum ei liceret.

IVS IN CICERE RVBEO.

Ibram cicerum & eo amplius aqua calidā
lauabis lotis ac inditis in cacabū; sine
aqua quo eferuere debent semiunciam farine.
parum olei & salis at uiginti grana piperis fra
cti modicum cinnami tūsi manibus diu misce
bis. ad focum deinde cū tribus metretis aque
pones addita saluia rore marino ac radicib[us]
perroselini minutim concisis; tantum ebulliant.
ut ad octo scutellas redigantur. ubi prope coc
ram fuerint modicū; olei instillabis q̄ si ius p
egrotis fiet oleum aut aromata minime indes.

IVS IN PANE.

Ris panes decrustatos gladioli costa bñ
terito. tritos z in tabulā extensos libella
farine ac semi circūuallato Oua quattuor aut
quinque bene dissoluta cum pane et farina mi
sceto ubi anisi confecti magnitudinem z formā
habuerint cribro a farrina etiam secernito.

Quo modo in iure aut aqua ut
bene siccetur. Siccum ubi uoles in iure pingui
lento igne per semi horam decoquito ac croco
decolorato in decem scutulas trallatu; tot enim
conuiuis sufficet inspargi ca; eo triro & aroma
tibus debet.

IUS IN CUCURBITA.

Vcurbitam in iure aut aqua cum modico
cepulle coctam ac concisam per cochleare;
perforatum in ollam transmittes ubi insit ius
pingue modicum ac creste ac croci. a foco ubi pa
rumper efferbuerint eximes. in exemptam ac
refrigeratam aliquantulum. duo vitella ouorum
cum modico casei ueteris ac triti dissoluta in
des aut cochleari continuo miscendo ne con
globata cocturam impediant. Trallatam in scu
tellas aromatibus inspergas

LAC IN CUCURBITA

Vcurbitam elixam & expressam ne insit
aqua. per setaceum aut per cochlearem
foratum tralligito facitoque ut in cacabo cum suc
co amygdalino & lacte caprino efferueat. agre
stas deinde aut saccharum pro appetentia con
uiuorum addito:

KARABAZVM CATALONI CVM.

Vcurbitam quam karabazum catelloni
cum uocant. bene mundam in cacabuz cum
larido tantum ad focum ponito. sinitoque ut ho
ras quattuor in carbonibus cochleari sepe mo

taeferueat. ius deinde & pingue & croceum & saccharo atq; aromatibus conditum in eundem cacabum indito. sunt qui duo oua cum acresta ac caleo trito dissoluta & mixta ut in cucurbita dixi non incomode addant.

IVS IN FABA RECENTI.

Abas eo modo quo amygdalas soles ex aqua calida depilato in cacaboq; cum iure pingui cumq; salita carne ad focum ponito ubi prope cocas existimabis petroselinum & menta concisa indito. Coqui & hoc modo reliqua legumina debent cum pelle. ne ut fabe decorticentur.

VERZVSVM IN IEIUNIO.

Amygdalas ex aqua calida mondas ac tritas cum excavato atq; in acresta remolito pane miscebis addas deinde malarancii succum sacchari aliquid aque rosacee parum. croci non nihil. in pensam postremo in cacabum per setaceum transferens. faciesq; ut procul flamma parum eferueat cochleari semper inuoluendo.

LEVCOPHAGVM IN IEIUNIO.

